Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dixit eis. Quando misi vos sine
sacculo et pera et calceamentis,
numquid aliquid defuit vobis.
At illi dixerunt: Nichil. Dixit
ergo eis. Sed nunc qui habet sacci
lum tollat illum et peram. Et qui
non habet vendat tunicam suam et
emat gladium. Dico enim vobis,
quia adhuc hoc quod scriptum est
oportet impleri in me, et cum ini
quis deputatus est. Etenim ea
que sunt de me finem habent. At illi
dixerunt. Domine ecce gladii duo
hic. At ille dixit eis. Satis est.
Et egressus ibat secundum consuetu
dinem in montem Oliveti. Se
quuti sunt eum et discipuli eius. Et
cum pervenisset ad locum dixit illis.
Orate ne intretis in temptacio
nem. Et ipse avulsus est ab
eis, quantum iactus est lapidis et
ponens genibus orabat dicens.
Pater si vis transfer calicem istum a me.
Verumtamen non mea voluntas,
sed tua fiat. Apparuit autem illi
angelus de celo confortans eum.
Et factus in agonia prolixius
orabat. Et factus est sudor eius
sicut guttae sanguinis decurren
tes in terram. Et cum surrexisset ab
oratione, et venisset ad discipulos
suos, invenit eos dormientes p
tristiciam. Et ait illis. Quid do
mmitis. Surgite et orate, ne in
tretis in temptacionem. Adhuc
eo loquente: ecce turba et qui vo
cabatur Iudas unus de duodecim
antecedebat eos, et appropinqua
bat illi ut oscularetur eum. Ihs
autem dixit ei, Iuda osculo filium
hominis tradis. Videntes autem hi
qui erant circa ipsum erat quod futurum
erat, dixerunt ei, Domine si percutimus
in gladio. Et percussit unus ex
illis servum principis sacerdotum:
et amputavit illi auriculam eius
dexteram. Respondens autem ihs ait, Sin
te usque huc. Et cum tetigisset aurem
eius sanavit eum. Dixit autem
ihs ad eos qui venerant ad se prin
cipes sacerdotum et magistratus tem
pli et seniores. Quasi ad latro
nem existis cum gladiis et fustibus
comprehendere me cum quotidie vobi
cum fuerim in templo. et non ex
tendistis manus in me. Sed hec
est hora vestra et potestas tenebrarum.
Comprehendentes autem eum duxerunt
ad domum principis sacerdotum.
Petrus vero sequebatur eum a longe.
Accenso autem igni in medio atrio:
et accumbentibus illis erat petrus
in medio eorum. Quem cum vidisset
ancilla quedam sedentem ad lumen:
et eum fixisset intuita dixit. Et
hic cum illo erat. At ille negavit
eum dicens. Mulier non novi illum. Et
post pusillum: alius videns eum
dixit. Et tu de illis es. Petrus vero
ait. O homo non sum. Et interval
lo facto quasi hore unius alius
quidam affirmabat dicens. Ver
et hic cum illo erat. Nam et ga
lileus est. Et ait petrus. Homo.